



70

Q. D. B. V.

cap. 7

DISSERTATIO INAUGUR. JURIDICA,
DE
INDICIIS QUORUNDAM
DELICTORUM
ILLEGITIMIS.

QUAM

Sub Præsidio solius Divini Numinis,

EX

DECRETO & AUTHORITY

Magnifici, Excellentissimi, atque Celeberrimi

DOCTORUM ORDINIS,

IN INCLYTA AC PER ILLUSTRIMAR-
BURGENSIUM ACADEMIA,

*Pro Summis in Utroque Iure Honoribus ac Privilegiis rite
consequendis,*

Publico Excellent. Dnn. Professorum ac DOCTORUM
Examini submittit,

JOH. LUDOVICUS WIEDERHOLDT,
Schaumburg-Nassov.

DICASTERII MARBURG. ADVOCAT. ORD.

Ad diem Octobr. ANNO MDCCIII.

Marburgi Cattorum, Typis JOH. HENRICI STOCKII.

Serenissimæ Principi ac DOMINÆ,

DOMINÆ
ELISABETHÆ
CHARLOTTÆ,
PRINCIPI NASSOVIAE,

Comiti Catimeloboci, Viandæ, Deciæ,
Holtzappellii, Dominae Beilsteinii, Lau-
renburgi, Schaumburgi, & Lulsdorffii,
&c. &c. Viduæ, &c.

Domina mea Clementissima.



*Serenissima Princeps ac Domina!
Domina Clementissima.*



Ingratum si dixeris omnia dixeris!
Ne itaque ob tot tantaque à Serenitate ac Celsitudine Vestra huc usque & non ita pridem adhuc in me collata beneficia, ingratitude indicia contra me provocem, non potui non etiam frontispicium dissertationis hujus secundæ à Principali Vestræ Serenitatis nomine ordiri, humilique dedicatione ac gratissima mente memoriam acceptorum testificari. Accipiat ergo Serenitas Vestra tanquam studiorum & scopi mei præsentis Promotrix & hæc Prudes quidem & informes pagellas, sed in recognitionem summæ quam debeo gratitudinis, in signum futu-

ræ meæ obedientiæ ac obsequii perennis con-
scriptas. Clementia enim quæ paucis abhinc
annis afflavit, & qua jam de novo devinctus
eo magis stimulat, ut liberrimo obsequio
Serenitati Vestræ dulcissimæque patriæ, præ
aliis, Me Meaque Officia, fide, diligentia ac eo
qua par est in reliquis modo, quandocunque
tempestive libuerit consecrare paratus sim. Plu-
ra ac majora oblationum genera aut gratissimi
pectoris argumenta in recessu non habeo, quod
viribus deest ex voluntate supplendum. De-
nique æternum Deum summis precibus oro
& obtestor, Serenitatem Vestram ut porro cle-
menter ducat, informet, regat, adjuvet & diu-
tissimè florentem & incolumen servet, quo in
posterum etiam omnis gubernatio Ei sit grata,
Ecclesiæ & subditis salutaris & ad omnes po-
steros honorifica & gloriosa. Marburgi die 10.
Sept. 1703.

Serenit. Vestr.

Obsequentissimus ac humilimus.

Johannes Ludovicus Wiederholdt.
PRÆ-

PRÆFATIO.

SÆpe innocentes præterquam quod Iudici quid imputari queat ob indiciorum fallibilitatem periculis expositos, & multos ob contra eos exorta indicia delicti apparenter legitima ad torturam, de hinc ad Crucem, rotam, ignem aliaque pœnarum sexcenta genera raptos misereque trucidatos esse, negari nequit. Quæ cum ita sint, maxima E, multo magis Cautela ac Circumspectione in discretionem indiciorum legitimorum ab illegitimis ac Spuriis opus est, præprimis cum causæ famam ac vitam hominis concernentes sint gravissimæ vel Diabolo ipsomet fatente Jobi cap. 2. vers. 2. Nec hic, prout Doctores loquuntur, de rapis & Cepis, de glande legenda, de penu & suppellectile legata aliisque vilioris monetæ rebus agitur. Incidi hinc inde in hanc Indiciorum præ aliis materiam, licet quod tota Volumina de iis extent lubens fatear. Pauca saltem cum brevitatem dissertationis intendam, colligere & ob oculos ponere libuit, ubi hoc saltem præmonitum tamen volo, nisi specialiter torturæ mentio fiat, me generaliter de indicis etiam ad solam capturam illegitimis, loqui. De suscepto molimine benevolus ac eruditus lector sinistrè haud judicabit. *Morum non moror!*

6
THEISIS. I.

INDICIA
BLASPHE-
MIÆ ac
HÆRESEOS.

Excommuni-
catio.

Quid sit indicium, ac quotuplex horum divisio, & quomodo indicium illegitimum in specie describendum, cum, ex Doctoribus satis constet, hic loci lubens prætereo, ad horum Catalogum primum referendo quod asserit Christoph. Crus. *de indic. delictor. part. 2. cap. 3. num. 10. & 11.* de Excommunicatione quasi illa dum sit blasphemix Soror, indicium blasphemix inferat, Excommunicatio enim ex aliis præter blasphemiam causis fieri potest. Arnold. Corvin. *in aphor. jur. Can. lib. 4. tit. 43. p. m. 343. & 344.*

THEISIS II.

Cultus Ima-
ginum.

Inter spuria quoque ac illegitima blasphemix indicia merito ponitur, quod idem Crus. *de indic. delict. dict. part. 2. cap. 3. num. 38.* refert: dum scilicet in Gallia quondam ad explorandam hæresin & blasphemiam, imagines passim per omnes Vicos erectæ & ad easdem accensæ Candelæ, & à bajulis aliisque vilibus etiam personis preces in Ecclesiis cantilari suetæ, hominibus etiam per vias appositis cum arculis, qui pecuniam à transeuntibus Eleemosynæ nomine ad candelas in eum Usum coëmendas rogarent, quod si quis Imagines illas non veneratus præteriisset, aut ad Cantica illa reverenter non substitisset, aut stipem rogatus non solvisset, is tanquam de Religione suspectus pessimè habebatur. Idem fere in Papatu hodiernum adhuc obtinet. v. Joh. Braun *in system. de doctrin. fæder. Vol. 2. part. 4. cap. 4. §. 6. p. im 597.* Sed quia hic cultus cum verbo divino pugnat meritò à purioribus Christianis negligitur, nec ejus aspernatio indicium blasphemix minimum generare potest.

THEISIS III.

Subscriptio
articulor. fidei
nec omis.

Nec simpliciter verum est quod subscriptio articulorum fidei intermissa & hæresin & blasphemiam spiret, quod vult

vult Idem *Crus. de indic. delictor. part. 2. cap. 3. n. 39.* Quis propriè dicatur hæreticus inter Doctores non constat pro certo, v. l. 1. §. 1. *Cod. de Summ. Trinitat. l. 2. §. 1. & l. Manichæi 12. Cod. de Hæretic. & Manich.* *Novel. 109. princ. & hic Doctores.* Mihi in hoc illorum dissidio arridet sententia *Carpzovii in pr. Crim. part. 1. quæst. 144. n. 4. 5. 6. & 7.* Et circa casum nostrum concludo: Eum qui hætenus Ecclesiæ-membrum fuit, si renuit subscriptionem articulorum fidei, se hæreseos quidem suspectum reddere, non verò ex sola hac subscriptionis recusatione, blasphemix contra reculantem oriri indicium: Non omnis enim qui est hæreticus ex eo etiam propriè potest dici blasphemus, inveniuntur enim ut ex *Carpzovio* in modo allegatis locis patet Hæretici, ex simplicitate sine malitia aut blasphemia credentes, & hinc hæreticus ut hæreticus non est capitali supplicio afficiendus, si hoc fecit absque seductione & blasphemia, prout idem statuit *Carpzov. in pr. Crim. part. 1. quæst. 44 num. 41.* Solent etiam hæretici reverentiam erga Numen quod colunt habere, licet in eo quod non rectè colant & à vera fide aberrent, damnabiles sint. Quid E. si aliquis pro articulo fidei quicquam venditet quod re ipsa de fide non est, aut aliàs superstitiosum & cum expresso verbo Dei pugnaret, an hoc ipso si quis talia dogmata amplecti aut iisdem subscribere nolit, pro blasphemo, aut hæretico est judicandus? Neutiquam! nam ea nec facere nos posse credendum est. per *l. filius 15. ff. de Condit. Instit.* potius qui talia obtrudit iisdem annumerandus.

THESIS IV.

FRivolum stupri ac adulterii indicium est, si quis Mulieris cujusdam ædes frequentat, cum præter Eam aliæ adhuc personæ utriusque sexus illas ædes inhabitarent, aut si essent personæ arctiori sanguinis vinculo invicem junctæ, in his enim nihil lævi Criminis existimari fœdus naturale permit-

INDICIA
STUPRI
ac AD UL-
TERII.

Frequentatio
ædium.

tit

tit. l. Eum 19. Cod. de Episcop. & Cleric. aut si Materfam. for-
 san graviter decumberet vel tali detineretur statu qui omnes
 de Venere cogitationes respueret; porro si quis alia sibi in æ-
 dibus expedienda esse negotia demonstrare poterit, ut etiam
 si quis amoenitatis quærendæ causa ædes intraverit, de quo
 ultimo casu vid. Carpzov. in pr. Crim. part. 3. qu. 120. num. 33.

THES. V.

Lacin Ma-
 millis.

Hymenis fra-
 ctura.

INter stupri virginitatisque corruptæ indicia alii quoque
 referunt lac in mamillis Virginum inventum, sed meo ju-
 dicio perperam; naturaliter siquidem hoc accidere potest,
 prout constat ex Nemefi Carolin. art. 36. Estque tritum Phy-
 sicorum theorema, quod multa fiant naturæ necessitate,
 quæ non fiunt ex ejus intentione. V. Henr. Loth. in dissert.
 de obstetricib. thes. 14. & 15. ubi asserit de Viris apud Indos,
 quod ex relatione Historiographorum, iis fere omnibus ma-
 gna lactis Copia in mamillis generetur. Ad hunc censum il-
 legitimorum indiciorum merito quoque referimus hymenis
 fracturam, justè enim adhuc dubitatur an tale hymen reve-
 ra in Virginibus reperiatur, & si; an quoque indistinctè in
 omnibus. Egregiè de hac Virginitatis probatione disserit
 Dn. Reincking in seiner Biblischen Policen lib. 3. ax. 16.
 pag. m. 556. & 557. ubi in notis ex Doctoribus collectis, hæc
 habet: *Nulla certa sunt deflorationis signa: Virginitas natura
 tegitur & arte occultatur. An sit Virgo est in difficili & pene im-
 possibili, nec hujus rei legitur unquam delatum obstetricibus arbi-
 trium, cum manus obstetricum & oculi sæpissimè fallantur. Pa-
 reus quoque Regius ille Chirurgus tanquam fabulam & figmen-
 tum quicquid Veteres de hymene cantarunt rejicit, cum ipse in tot
 Virginum & puellarum Anatomiis nullum invenerit signum, &c.*
 Alia vana ac illegitima stupri commissi & Virginitatis cor-
 ruptæ indicia, ne curiosi Investigatores sexui fragili impo-
 nant

nant aut infidias struant silentio hic prætereunda, enumerat
Crus. de indic. delict. part. 2. cap. 11. num. 17. & *Henrich. Loth. in dissert. de Obstetricibus thes. 13. & 14.*

THES. VI.

Quid de Parentum depravatis moribus dicam! pariunt ^{Parentum depravati mores,} ne illi delicti commissi aliquod legitimum indicium? affirm. *Crus. de indic. delict. part. 2. cap. 11. num. 19.* & vulgo Doctores tradunt, multum hoc indicium circa probationem delictorum valere, hinc enata vulgata illa axiomata: qualis est pater talis quoque est filius, *Der Apffel fällt nicht weit vom Stamm.* Si pater incontinens, avarus, alteriusve delicti Reus fuerit, etiam filius talis præsumitur, si mater Saga etiam filia talis habenda & desuper torquenda, nec sententia hæc caret exemplis, quæ impios parentes pessimæ sobolis exitisse Genitores testantur. Sed Neg. Opinio verior est, quia omnia hæc in conjecturis consistunt, ex quibus nemo dijudicandus, in contrarium quoque innumera tam in sacro Codice quam apud prophanos Scriptores extant exempla, etiam in omni delictorum genere imbutos homines sanctissimorum Liberorum non minus fuisse Parentes V. *Reinöding in seiner Biblischen Policen lib. 3. ax. 36.* *Nehring in diss. de Indic. & proba per aquam frigid. cap. 1. §. 14.* Nec cum maxima nonnunquam innocentium injuria ex Vitiis aliorum alii inculpandi sunt, contra textus expressos in *l. Crimen. 26. ff. de pæn. l. qui ad tempus 2. §. 7. ff. de Decur. & filiis eor. l. sancimus 22. Cod. de pænis cum similib.*

THES. VII.

Nec titubatio atque animi trepidatio legitimum delicti ^{Titubatio} commissi facit indicium, cum multi ob periculi magnitudinem & perturbationem animi inconstanter loquantur,
 B pal-

Fama

pallefcant, trepidentque. Carpz. *in pr. Crim. part. 3. qu. 120. num. 77.* Conrad Harß. *de Reor. inquisit. juridice instituend. concl. 10. num. 24.* Christoph. Nehring *in dict. diss. de Indiciis. cap. 1. §. 4.* Nec fama, scil. ad torturam Ordinatur. *Crim. Car. V. art. 25. vers. erstlich ob der Verdacht ic. junct. art. 27.* Ne quidem in Crimine Magiæ, Author anonym. *in Caut. Crim. seu de process. contr. Sagas libr. dub. 36. p. m. 246 sequ.* Cum sit res fragilis, perniciosa, falsa. *l. cum Mater. 28. ff. de Inoff. test. L. Pactum ejus 92. ff. de hered. instituend. ad libidinem per Adversarios effusa. l. justissimos 3. Cod. de Offic. Rector. Provinc. ad nocendum à Malevolis sparsa, ut plurimum vana, nec audienda. l. Decurionum 12. §. 1. Cod. de pæn. & recte dicit Zieritz *in Com. ad Ord. Crim. cap. 25. voce fama aut improbis moribus &c.* quod fama sola non sufficiat licet per decem testes probe tur. Nec Paupertas; prout vult Crus. *de Indic. delict. part. 3. cap. 24. num. 4.* Indicium Leg. Juliæ repetund. Concussionis ac rapinæ hinc colligere. Unicum est quod in hoc aureo seculo Pauper ubique jaceat; alias vero notissimi est juris, quod Pauper possit esse fidelis & diligens, & quod nonnunquam ditioribus in Officio subeundo præferendus. *§. novissimè 12. Inst. de suspect. Tutor. l. suspectum 8. ff. eod.* Et pauperioris vitæ sobrietas potest esse clara vel affectio honesta nec incognita, quapropter interdum & ditiozem permittetur adoptare pauperiori. *l. nec ei permittitur 17. §. 4. ff. de adopt.* Nec humilis nec abjectus est judicandus, qui licet pauper, ab ingenuis tamen parentibus natus est. *l. humilem 7. Cod. de incestis & inutil. nupt.**

Paupertas.

THES. VIII.

INDICIA
HOMICIDII

PRæterea si quis occisos sepeliat, nullum hoc dat per se contra sepelientem legitimum ad torturam indicium.
Matth.

Matth. Stephan. *in not. ad Ord. Crim. art. 33.* qui hoc arbitrio Sepultura Occi-
 Judiciis committit. Carpzov. *in pr. Crim. part. 3 quest. 122.* ciforum,
num. 38. Blumlacher *in Coment. ad dict. artic. Ord. Crim. 33.*
num. 1. Sepelire mortuos enim etiam refertur inter opera
 Christianæ Charitatis, & hinc ubi capi potest conjectura
 delicti & non delicti, semper sumendus est qua possibile is
 sensus, qui delictum excludit. *l. meritò autem 51. ff. pro Socio.*
 Conrad. Hartz *in tract. de Reor. inquisit. Concl. 8. n. 11.* Tabor
in Barbos. locupl. Lib. 4. cap. 12. ax. 16. Sic & indicium illud
 quod quis exivit ædibus in quibus reperitur homo mortuus,
 & gladium habuit sanguinolentum, aut vestes cruore re-
 sperfas saltem per locum à communiter accidentibus con-
 cludit, nequaquam necessariò, cum fieri possit, non cum
 gladio exeuntem sed alium perpetrasse homicidium. Zieritz.
ad Ord. Crim. cap. 33. voce vestibus armisve cruentatis. p. m 50.
 Et si gladius sanguine non esset madefactus, nec tunc legiti-
 mum nascitur ad torturam indicium, prout vult Blumla-
 cher *in Com. ad dict. Ord. Crim. art. 33.* addatur Nemes, Ca-
 rol. *art. 34.* Invalidum similiter indicium est, si quis tela acua. *Acuatio teli,*
 re ante homicidium commissum visus fuerit, sicut enim qui
 tela salutis suæ causa gerunt, non videntur hominis occiden-
 di causa portare. *l. hi qui ades 11. §. 2. ff. ad Leg. Jul. de Vi public.*
 & hinc telorum portatio permessa est, ita & consequenter
 eorundem acuatio in se considerata, absque qua telorum
 usus esset fere elusorius, concessa censenda, per. *l. cui juris-*
dictio 2 ff. de jurisdict. Et nullum propterea indicium opera-
 tur. Ejusdem furfuris indicium est, licet id probet Crus. *de*
indic. delict. part. 2. cap. 27. n. 20. si diffamatus homicidii, paulo *Venditio bo-*
 ante homicidium commissum vendiderit maximam bono-
 rum suorum partem, sicut enim hoc fluit ex jure domini, &
 quilibet rerum suarum est moderator ac arbiter. *l. 21. Cod.*
Mandat. ita ex eo quod jure fit permittente, nulla est teme-

Inculpato
moribundi,

re arguenda, delicti suspicio, nec ille videtur dolo facere qui suo jure utitur *l. nullus videtur ss. ff. de Reg. jur.* Nec sola moribundi inculpato indicium ad torturam producit. Christoph. Blumlacher *ad Ord. Crim. art. 25. n. 3.* Stryck. *de Effatis Agonizantium.* Theodor Reinking *in Resp. Juris de process. contr. sagas nulliter institut. quest. 2. num. 294. sequ.* Nehring. *in dict. dissert. de Indic. cap. 2. §. 5.* præprimis si moribundus vel nullas certas assertionis causas alleget, vel in assertionone non perseveret, eamque morte confirmet, quorum requisitorum uno deficiente ne quidem ad capturam sufficiens indicium oriri volunt, V. Carpzov. *in pr. Crim. part. 3. qu. 120. n. 53.*

THES. IX.

Lethalitas
Vulneris.

INDICIA ad probandum quod Vulnerus fuerit lethale & Vulnerans de occiso puniri possit, multi inde colligunt, si Vulneratus ante triduum moriatur; alii ponunt octo dies, alii novem, alii sexaginta &c. vel lethalityatem desumunt ex perseverentia Vomitus & Febris, vel ex continuo dolore, ut quando nervi vulnerati sunt; alii ad arbitrium Judicis hic recurrunt. Sed nullam ex his opinionibus veram esse & Judicem ad inspiciendum Cadaver Scabinos una cum Medicis ac Chirurgis juxta dispositionem *art. 149. Ord. Crim.* mittere ac denique secundum eorum Consilium ac judicium judicare debere statuo cum Christoph. Andr. Krebs. *in diss. de Eo quod circa vulnera justum est §. 24.*

THES. X.

Uterus Vir-
ginis intume-
scens ac defi-
ciens.

ILLEGITIMUM porro ac insufficiens ad torturam, Infantidii est indicium, si uterus Virginis intumuit & decrevit de hinc, cum tumor ejusmodi aliunde poterat existere, requiritur itaque ad fundandum hoc indicium Virginitatis clau-

claustra non modo perrupta, sed revera Mulierem-enixam esse. Crus. *de indic. delict. part. 2. cap. 34. num. 8. & 9.* De Uxore quadam exemplum affert Christoph. Nehring. *in diss. de Indiciis cap. 2. §. 9.* quod propter magnum uterum scortationis ante nuptias commissæ accusata, sed post modum ægrota reperta fuerit. Imperator ad eruendum hoc Infanticidii Crimen in casu præsentente recurrit ad Judicium Obstetricum V. Ord. Crim. art. 35. & 36. Nec modo dicta iis quæ supra Thesi V. ex *Reincking*: attulimus, obstant, ibi enim de indiciis circa Virginitatis florem amissum egimus, ubi difficilis ac pene impossibilis est probatio; Cum hic sit sermo de signis partus alicujus nuper editi, quod procul dubio deprehendi potest. V. *Zieritz ad Ord. Crim. cap. 35. voce quorum assertione p. m. 52.*

THES. XI.

Sic etiam coemptio Veneni nullum facit indicium ad Storturam, wann solche Indicia concurriren / da der Verdachte mit glaubhafften Schein anzeigen könte: Daß Er das erkauffte Giff / zu einer andern unsträfflichen Sach gebrauchet hätte / oder gebrauchen wollen. *Blumlacher in comment. ad Ord. Crim. art. 37. num. 1.*

Coemptio Veneni,

THES. XII.

Multum inter Doctos exagitata est quæstio de contactu cadaveris hominis violenter occisi, an ex stillatione sanguinis contra tangentem colligatur Indicium? Memini me ante quadriennium in dissertationis meæ de præscriptione jurium per temporū Intervalla renascentium Corollario VI. in negantium Opinione fuisse, nec certe rationibus destitutum firmissimis, Cum (1) etiam ejusmodi cadaver, interfe-

Stillatio Sanguinis ex Cadavere.

Et or sit præsens vel absens naturaliter sanguinem effundere potest, idque (2.) ob solum contactum, vel ob cadaveris etiam aliqualem saltem motionem, vel ob multitudinem circumstantium, quorum halitus Physicis attestantibus reliquias sanguinis ad eruptionē promovere sæpe potest, & quæ sunt rationes potiores ac similes à Doctoribus passim copiose collectæ. V. Nehring. *in dict. diss. de Indiciis cap. 3 §. 2. n. 1.* ubi tradit quod ne quidem indicium ad capturam hinc colligendum. Bernhard Zieritz *in not. ad Ord. Crim. art. 33. in fin.* Conrad Harß *in tr. de Reor. inquisit. jurid. instituend. concl. 8. n. 22.* Andr. Krebs. *in supra allegat. dissert. de Eo quod circa Vulnera justum est. §. 40.* ubi alias affert rationes. Excell. Dn. Herth. Præceptor ac Patronus meus perpetuo colendus *in dissert. de Ocular. Inspect. §. 18.* Carpzov. *in pr. Crim. qu. 122. n. 28. sequ.* Blumlacher *in comment. ad Constit. Crim. art. 33. num. 2.* de hoc nostro casu ita differit: *Die weil aber solches ein gar ungewisses und aberglaubisches Zeichen / Und gleichsam eine Versuchung Gottes ist / auch von dem Kaysen Carl vor kein Indicium vorgestellet wird; Als wollen die Rechtsgelährten nicht zulassen daß solches Mittel practiciret werden solle.* Et recte: Cum nihil quod non relevet aut quicquam rationabiliter inferat, admittendum sit: Emeric à Rosbach. *de process. Civil. tit. 54. num. 10. & 11.*

THES. XIII.

Delatio Magorum,

INdiciis spuris & illegitimis ipsemet Imperator Carol. V. in sua Ord. Crim. art. 21. accenset, quod oritur ex delatione Magorum seu Maleficorum, qui magicis accincti artibus aliquid præfagiunt, ibi: *Es soll auch auff deren Anzeig die auß der Zauberer oder andern Künsten wahr zu sagen sich anmassen / niemand zu Gefängnuß oder peinlicher*

licher Frag genommen werden / sondern dieselbige an-
gemachte Wahrsager (Matth. Stephan. *in not. ad hunc ar-
tic. num. 1.* Eos vocat Lügenfager) und Anfläger sollen
darum gestrafft werden. Sunt enim ejusmodi artes divi-
natoriae fallaces, diabolorum inventum, ac in jure nostro
passim vetitæ. *V. tot. tit. Cod. de Malefic. & Mathemat.*

THES. XIV.

Quibus Indiciis horrendum illud Veneficii seu Magiæ INDICIA
MAGIÆ,
Crimen detegere queant, Doctores mirabiliter defu-
dant, & quia ad Excepta refertur, quod plerumque in oc-
culto fieri solet & sic difficilioris probationis perhibetur esse,
ubi etiam locus sit probationibus imperfectioribus, taliaut
plurimum indicia colligunt, quæ etiam innocentissimum
quemque illaqueare ac hujus Criminis Reum constituere
possunt, tanta est eorum qui Christiani esse volunt in inda-
ganda veritate proterva sæpe insania, Christianis certè in-
dignissima, & tantus judicii Literatorum lapsus, ut nec libe-
ralioris calami Scriptores, dum cautè procedendum esse
solum modo suasores sunt, suspectos reddere dubitent. In-
specie de Wiero (cujus tamen singulas Opiniones meas fa-
cere nolo) perhibent, quod ob Magiæ Crimen pœnam
mortis metuens, scripta edidisset, referente Bernhard. Zie-
ritzio *in not. ad Const. Crim. cap. 45. voce gestibus pag. m. 62.*
Ast sicut Veritas apertè intrepideque profitenda, ita pro spu-
rio ac illegitimo declaro illud indicium (quicquid etiam
Crus. de Indic. delict. part. 2. c. 22. num. 7. in contrarium sen-
tiat,) si per aërem quæ volitare visa. Indubium quidem Si per aërem
quæ volitare
visa,
est, Diabolum esse ejus potentiae ac Virium, ut possit Dei
permissione homines sibi animo & corpore devotos in al-
tum tollere & per aëra ducere ad loca etiam remota, prout
tradit & ad experientiam provocat Reincking *in Resp. jur.*
de

de process. contr. sag. nulliter instit. quest. 1. n. 127. Sed & hoc controversia omni caret, quod stupendæ quandoque sint vires phantasiæ humanæ, quæ in re aliqua seu certo quodam objecto quenquam sæpe delirare facit, prout exemplis illustrat Carpzov. *in pr. Crim. part. 1. qu. 48. n. 17. 18. sequ.* Reinckig *in dict. Resp. de process. contr. sag. quest. 1. & quest. 2. a. 270. sequ.* Ex Lavatero Paulus Rober, *Theol. Doct. & Superintendent in seinen Zeit: Predigten / pag. 814.* casum de persona quæ rem cum bruto netandam habere visa, sed tamen tunc temporis domi & alto somno depressam fuisse recenset. Ansam hoc ipsum non minus Diabolo præberet multifariam homines innocentes præprimis, Magiæ suspectos reddere, quorum corpora quod assumere ac repræsentare possit non solum præter modo allata exemplum Samuelis *1. Sam. cap. 28.* sed & alia plurima à Scriptoribus annotata testantur, V. Reinckig *in dict. Resp. qu. 2. num. 280. 281 sequ.* Scriptor. anon. *in Caut. Crim. seu de process. contra Sagas libro, dub. 47. & 48.*

THES. XV.

Draco Volans.

DE Dracone volante movent quæstionem an indicium ad torturam faciat contra illum cujus ædificiis incubat Draco volans? & bene hoc negat Nehring *in sepe citata dissert. de indic. cap. 3. §. 1.* Est enim (inquit inter alia) Draco volans fumus crassior & productior, propter levitatem sursum tendens, mox à frigida nube repellitur, percussus autem incurvatur, & ita accensus refert ignei Serpentis figuram, & videtur scintillas ardentes ex ore revomere, quia partes subtiliores continuo resolvuntur. Et licet Diabolus sese huic Draconi naturali interdum immisceat vel se ita transformet, eamque ob causam ædificiis alicujus incubet, indicium tamen cessantibus aliis adminiculis contra illum cujus ædibus

edibus se imposuit, facere nequit; Deinde ipsa experientia docet, quod etiam Diabolus in forma Draconis volantis adificiis hominis bona fame insederit, res illius surripuerit, & aliis de Veneficio suspectis attulerit, unde facile iniquissima evenirent, & facile Judex diabolica illusionem ab errare potest, &c. Quare quod nec Indiciam ad capturam faciat opinor.

THES. XVI.

Falsum quoque est quod Crus. de Indic. delict. part. 2. cap. 32. num. 27. ex Bodino refert: Indiciam (Magia scil.) parit peregrinatio & circumvagatio, Dann gemeinlich spühret man daß die Hexen und Hexenmeister nicht stets an einem Ort wohnhafftig bleiben. Multæ & magnæ apud Veteres peregrinationes fuere. princ. Inst. de Codicill. quempiam tamen exinde Veneficii insimulare perversum ac injuriosum est. Nec quæ ac quantæ hodie adhuc suscipiantur peregrinationes, quenquam latere potest; Multis quoque volubilis variantisque fortunæ decretum aliæquæ multæ justæ causæ, perpetuam in loco quodam subsistentiam inhibent. Ipsa sacra scriptura testatur ac nos codocet, in hoc Miseriarum valle nos Viatores esse; nos nullas perpetuas mansiones habere, ut eleganter ad casum præsentem applicari possint quæ scribit Reincing in seiner Biblischen Politzey lib. 3. ax. 42. Et hinc jure meritoque vanis annumeranda indicia, quæ ex peregrinatione ac circumvagatione depromuntur, hæc tamen præter rationabiles causas & ideo susceptas daß man bloßhin den Mercurium s. v. in pedibus & capite hatt inconstantem animum arguere nec adeo laudabiles esse, non obscure innuit & rectè Reincing dict. axiom. 42.

Peregrinatio
& Circumva-
gatio.

G

THES.

Effusio lachrymarum.

Vulgare quoque est diverbium, Veneficas lachrymas non effundere. Die Hexen weinen nicht. Crus. *de indic. delict. part. 2. cap. 32. n. 27.* Carpz. *in pract. Crim. part. 1. qu. 49. n. 63.* Reincking *in Resp. de process. contr. Sag. qu. 3. n. 468.* Zierß *in not. ad Ord. Crim. cap. 45. voce gestibus p. m. 61.* Sed quemadmodum causæ naturales ac physicæ lachrymas in multis cohibere possunt, sic nec hoc indicium alicujus efficaciam est. Mart. Delr. *Libr. 5. disquisit. Magic. sect. 9.* Nehring. *in allegat. diss. de Indic. cap. 1. §. 6.* ubi demonstrat quod quidam homines propter duram naturam flere non possint, fieri posse ut ipse doloris magnitudo lachrymas deficcet ac tollat, & ex adverso sæpe quosdam ob lætitiã quandam lachrymari V. Excellent. Dn. Herth. *paræmiar. lib. 1. paræm. 113.* Communiter quoque clamitant, quod stigmata (sunt loca in corporibus quæ sensu vacant & sanguine ita ut si acum vel stylum profundius immittas neque dolor neque sanguis cieatur) faciant Indicium Veneficii & quidem juxta multos ad torturam, sed recte contrarium tuetur Nehring *in dict. diss. de Indic. cap. 3. §. 1.* potest enim aliquis, eo fatente, per vulneris Cicatricem, & per impuritiam sanguinis Ulcus & signum leporis & bufonis pedis & simile accipere. Egregiè de hac proba stigmatica ratio cinatur & X. Cautelas circa eam observandas tradit Scriptor anon. *in Caut. Crim. seu de process. contra sagas libro, dub. 43. p. m. 298. sequ.*

Stigmata.

THES. XVIII.

Chiromantia.

Nonnulli quoque teste Crusio *de Indic. delict. part. 2. cap. 32. num. 56. & 57.* Indicium Magiæ ex professione Chiromantiæ formant, sed nec hoc Indicium pro legitimo

mo agnosco quatenus Chiromantia intra physicas versatur metas & illas non egreditur. Vid quæ pro Chiromantiæ defensione exprofesso nuper scripsit & ex sacra scriptura demonstravit Havemann in seiner Abfertigung Bileams etc. Quid itaque juris si Chiromantiæ gnarus aliquem ex inspectione manus pro Venefico declaret esset ne hoc indicium attendendum? Nego, arg. Nemes. Carol. art. 21. ibi: Oder andern Künsten wahrzusagen sich anmassen/ etc. pœnis tamen Legum non esset subjiciendus, cum Imperator loquitur de artibus simpliciter vetitis indict. art. 21. quo Chiromantia non referenda. Imo nequidem actio injuriarum si consultus falso quendam Veneficum vel furem dixisset, sibi vendicaret locum. per L. item apud Labeonem 15. § si quis Astrologus 13. ff. de injur. Berlich. part. 5. Concl. 59. n. Quod dictum est de Chiromantia ob rationis paritatem etiam est extendendum ad Metoposcopia, nam nec hæc simpliciter artibus vetitis annumeranda, sed dum sæpe fallit in Criminum investigatione non attendenda. Et indicium à mala Physiognomia desumptum Catalogo illegitimorum inferendum est, cum illa in genere quidem malam arguit naturam sed non in specie aliquod delictum. Carpzov. in pr. Crim. part. 3. qu. 120. n. 80. Nehring. in dict. diss. de Indic. cap. 1. §. 6. ubi insuper tradit, si inquisiti Oculos in terram defigunt, hoc ferme nihili esse, posse enim ex pudore oriri.

Metoposco-
pia.

Physiognom-
ia.

THES. XIX.

Alii tradente eodem Crus. de Indic. delict. part. 2. cap. 34. num. 58. solam etiam suspicionem ad Magiæ indicia referunt, sed prout ipse loquitur dissentiente communi Doctorum Opinione. Suspicionibus parum fidei tribuendum pulchrè demonstrat Excellent. Dn. Herth, lib. 1. paræmiar.

Suspicio Ma-
giæ.

Fœtor.

paræm. Argwohn ist ein Schalk / und zwar so arg / daß Er auch die Unschuldigen öffters in die grössste Gefahr stürzet. 107. Indiciis Magiæ addunt & hoc : quoties aliqua nimium olet, & hoc inde comprobare nituntur, quod obsessi ut plurimum soleant olere hircum, quam sententiam fovet sæpe alleg. Crus. in dict. tract. part. 2. cap. 32. num. 69. Sed nec hoc indicium stringit; Ejusmodi fœtor nauseosa quidem res est, ita ut etiam ob fœtorem halitus sponsalia dissolvi posse tradat Georg. Nicolai in tract. de Repud. & divorce. part. 1. cap. 2. n. 117. perperam autem Magiæ indicium inde formatur, cum etiam hujus fœtoris possint naturales esse Causæ, humorum collectorum immensa Copia, dolor jecuris aut Pulmonis &c. V. l. qui Clavum 12. §. 4. ff. de Edilit. Edict.

THES. XX.

Proba Aquatilis.

Personæ aquis superimpositæ si non submerguntur sed supernatare solent, an per hoc Indicium Magiæ legitimum contra eas insurgat, disquirere solent? Ex parte affirmantium stat Crus. de indic. delictor. p. 2. cap. 32. n. 78. sequ. sed arridet mihi negantium opinio quæ verior & tutior, dum etiam præter alia probam hanc aquatilem ut plurimum sefellisse negari nequit. Mecum sentit Bernh. Zieritz in not. ad Const. Crim. cap. 20. voce licet Reus p. m. 34. Conrad Hartz de Reor. inquisit. Concl. 6. n. 23. 24. Carpzov. in pr. Crim. part. 3. qu. 122 n. 69. Reincking in Resp. jur. de process. contr. sag. qu. 3. n. 499. & plurib. sequ. ubi sustinet probam hanc esse irrationabilem, inhumanam, impiam & jure aperto improbatam, & ita omnes qui non fungum pro Cerebro vel Peponem pro corde gerunt, statuere, imo vult, diabolo fabricante eam esse introductam & mortaliter peccare judicem qui illam attendit, imo judicem qui furiosa illa & diabolica

ex-

exploratione utitur , actione injuriarum conveniri posse. Et hanc sententiam de non adhibenda hac proba aquatili Facultates juridicas in Academiis Germanicis & novissimos Doctores sequi tradit Nehring *in dict. diss. de Indiciis & proba per aquam frigidam sagarum Wasser- Prob der Hexen.* Addatur quoque in peculiari *dissert. Historico- Politica de antiquissimo illo more, quo Veteres Reorum innocentiam Culpamue per aquam ferventem ac frigidam probare solebant.* Paulus Burgmeister ubi §. 42. taxat Conring *in disp. de form. judic. in Republ. recte instituend.* quod hanc probam approbaverit & plenam fidem eidem adhibere voluerit.

THES. XXI.

NIl dicam de Vulneribus in corpore authore incerto re-
pertis , nec de decumbentia somnoque profundo Mu-
lieris dies aliquod durante , nec de immundicie Corporis li-
cet nimia & obscœna ; Nec si quis canes insolitè gesticulan-
tes vel præstantes juxta se habuerit , eosque unicè colat ma-
gnique faciat , de quibus omnibus prolixus est Crus. *de In-
dic. delict. part. 2. cap. 32. num. 88. 94. 95. 97. 100.* leviora enim
hæc omnia sunt quam ut ad classem legitimorum indicio-
rum referri queant,

Vulnera, som-
nus profun-
dus, Immun-
dities corpo-
ris.
Canes insolitè
gesticulantes.

THES. XXII.

GRavior est quæstio : an denunciations Sagarum faci-
ant contra denunciatas ad torturam indicium ? Multi
affirmant ; sed si juxta sanam rationem res decidenda , Neg.
opinio quæ eas ut fallaces & deceptorias rejicit , præva-
let, (1) quia alias in arbitrio ac potestate infamium ac ne-
quam personarum est, gravare ac denigrare bonum nomen,
(2) Denunciantes sunt vel veræ sagæ vel non. Si hoc , de
complicibus nil scire possunt quas non habent ; Sin illud, non

Denunciatio
Sagarum,

est ipsis credendum, sunt enim Mendaces, infames, jurati; humani generis & innocentium capitales hostes quæ nemini non male volunt ac nocere cupiunt, sunt perjuræ quæ Deo fregerunt fidem, abjectæ, Concubinæ Satanæ, homicidæ, hæreticæ, idololatræ & hypocritæ (3) hac occasione aper-
tissimum nanisceretur ostium humani generis hostis, ut infinitam innocentium stragem edat. Nec credendum esse denuntiationibus, licet denunciantes postmodum pœniteant est verius; referuntur enim illæ in acta antequam de Conversione & pœnitentia cum denunciantibus actum fuerit, & licet post pœnitentiam denunciatio ratificetur, justè adhuc dubitatur, an non pœnitentia sit conficta, quod facile fieri potest dum saga hinc vel mitigationem sperat, vel sic impulsu Diaboli innocentes in discrimen adducere & se non segniter vindicare potest. Imo licet vera sit pœnitentia, tamen ratificatio potest esse facta formidine pœnæ tam gravis, aut ne ob revocationem denuntiationis, denuncians revocetur ad torturam, potest fallax esse denunciatio ob periculū deceptionis ipsarum sagarum, Cum Sagæ non semper realiter ad conventus & tripudia sua transferantur, sic ut Dæmone seu per se seu per adhibita naturalia medicamenta, phantasiâ variè commovente, existiment fuisse, vidisse & fecisse, quæ nec visa nec facta ullibi sunt. Potest & Diabolus innocentes repræsentrare, vid thes. nostr. XIV. Licet etiam sagæ sæpe plures in denuntiationibus suis conveniant, potuerunt tamen in unam aliquam conspirare, potuit Dæmon suggerere instigare, mandare, ut has illas, quas vellet, singulæ accusarent additis etiam circumstantiis; Sæpe plures casu in aliquam incidunt, præsertim si paucæ adhuc restent in pago nondum denunciatae aut exusta; Communis rumor sæpæ ejusmodi denuntiationes efficit; sæpe ipsi Officiales in vulgus nominatas spargunt, &c. Et hanc sententiam, cum

No.

Nominatam è discrimine eripit, Nominantis malitiæ & nocendi studio occurrit, Reipubl. vastationem dum paucos nocentes tolerat, ne plurimos innocentes pereundi periculo exponat, impedit, ut mitiorem & utiliore præferendam esse prolixè defendit Scriptor Anon. *in Caut. Crim. jeu de process. contr. sag. libro. dub. 44. 45. 46. 49. & 50.* Vid. in simili Ernest. Cothmann *Vol. 3. Resp. 4. num. 57. 58. 59. sequ.*

THES. XXIII.

Simulatam ac fucatam pietatem Magiæ indicium generare non minus sustinet Crus. *de indic. delict. part. 2. cap. 32. n. 102.* Verum quandoque est tritum illud: Religio velum est quod scelus omne tegit, und daß die Heuchler und Abtrünnige auch zuweilen wollen Eiferer in der Religion seyn / probat Reicking in seiner Biblischen Policen *lib. 1. ax. 10.* Itaque sicut multi ore & quoad actus externos singularem pietatem profitentur, interim verò nata occasione omne iniquitatis genus exercent, & diabolo insuper quoad omnia obedientes ac devincti sunt; Multi vero è contra pietatem illam quam externè prætendunt, etiam cum Zelo ac pio fervore corde amplectuntur ac fovent: Nemo autem Nostrum cum sit scrutator Cordium & Renium, utpote quod de Reservatis solius Dei est, quomodo possumus fucatam illam pietatem à vera discernere, ac consequenter indicia talia colligere? Ecce quotquot sumus Veneficii nos Reos indicio hoc stante reddimus, aut enim Deum indefesse juxta verbū ejus revelatum colimus, & erimus juxta horum Doctorum tradita in puncto Veneficii suspecti aut parum sumus de cultu divino solliciti, & iterum in promptu est illud indicium in se verissimum: quod simus Contemptores Divini Numinis, Athei, vel tales qui pacto vel expresse vel tacito cum Sathana inito, Deum abjurarunt.

Simulata pietas.

THES.

Tritheimii
Steganogra-
phia,

DE Libris Magicis ac reprobatae lectionis notum est, quod protinus corrumpendi sunt. *l. Caetera 4. §. 1. ff. Famil. Erciscund.* Et quod caeteris paribus eorum possessor indicio Magiae nonnunquam gravetur. Non in eleganter E. hic tractatur quid de Tritheimii Abbatis quondam Spanheimensis libello, cui titulus est Steganographia, judicandum, & an ille etiam inter libros reprobatae lectionis ac Magicos collocandus sit? Videtur quod sic; quia totus libellus agit de Spiritibus, & praevia dira conjuratione de eorum comparitione, mox in forma Serpentis, mox Virginis, mox alia figura. Memini quoque ex lectione cujusdam Scriptoris, Carolum Bovillum de eo ita locutum esse: *Daß Er ohngefehr bey einer Stunde darinn gelesen habe/aber es sene ihme unterdessen ein solcher Grauen ankommen/und die Haar zuber ggestanden/ daß ers von Stund an / auß den Händen geworffen/ ic. nullum porro dubium est, quod dictus Tritheimius apud plures male audiat, nec relevare videtur, quod in praefatione Operis illius jure jurando firmet, se nihil Diabolicum aut quod à principiis verae Christianae Religionis deviaret, tradere, da derjenige welcher vorhin des teuffels ist / leicht schwe ren kan.* E converso autem nonnullos tractatus videre licuit, in quibus Tritheimius referatur, ejus Steganographia ab omni suspiciore Magica vindicatur, prout in eam rem extat HEIDELII Tritheimius referatus, Moguntiae editus, & Gustavi SELENI (sub quo nomine ficto Princeps vel Dux latere videtur) *Cryptomenytices & Cryptographia libr. IX. in quibus (ita est rubrica) & plenissima, Steganographia à Iohanne Tritheimio Abbate Spanheimensi & Herbibolensi, admirandi ingenii Viro, magicè & anigmaticè olim conscripta*

Scripta Enodatio traditur. Qui Selenus *Lib. 3. cap. 1.* in specie de Eo refert: quod ut profanum vulgus ab occulta scribendi hac arte arceret, atque adeo quibusdam quasi terri- culamentis absterreret, suam Steganographiam Magiæ vul- go invisi & odiosi nominis specie venditaverit, quasi interna- lium Spirituum Ope, dirisque incantationibus, sub horrido, confragoso atque ad terrorem pene confecto peregrino idio- matismo res perageretur; Et ludere Eum sub nomine Spirituum ad Literas, quibus occultè aliquod negotium alteri si- gnificatur, vel quod illæ sint animi & Spiritus nostri indi- ces, voluntatem nostram absenti, quo Vox non penetrat fi- deli & mirabili modo perferentes. Quod tot Ordines & stationes Spirituum, quorum aliqui Duces, alii intermedii, alii gregarii sint, fecerit; obtinere in literis, ubi aliqua ma- jorem, alia minorem alia nullum sæpe Usus in Operationi- bus Steganographicis præberent. Quæ præterea de Spirituum nomine, natura & qualitate haberet, ea partim ad cujus- libet modi Explicationem pertinere: Sic primus Spiritus P A M E R S I E L diceretur Spiritus austerus, non facile ex- orabilis, infidelis &c. quo pertineret: quod ille modus scri- bendi primus admodum difficilis sit, nec à quovis ingenio impetrari possit, & facile fiat ut se ipsum sua simplicitate pro- dat. Et in hanc sententiam etiam inclinare videtur Gott- fried Arnold in seiner Kirchen- und Rezer Historie *part. 1. lib. 15. cap. 3. §. 12.* dum de eo scribit: Er sene wegen sei- ner Curiosität vor einen Zauberer gehalten worden / darüber er sich sehr beflaget / und andere ihn gründlich verthädiget haben.

THES. XXV.

Signa maleficii taciturnitatē ferunt esse si quis in tormen- tus nil sentit, sed obmutescit vel obdormiscit, Virgis con-
D
cillus

INDICIA
 Maleficii Ta-
 citurnitatis,

cifus sanguine non fluit &c. Ad quæ non nemo inter alia
 „sequentia opposuit: Capere non satis possum, quæ hæc pru-
 „rigio sit mentiendi. Siquis Reus animo ac corpore ita
 „potuit, ut quod in magno contra dolorem nisu solet fieri,
 „compressis dentibus ac deductis labiis, resorptoque halitu
 „ac Voce pœnas constanter exhauferit, eum clamant cru-
 „delissimi homines, dexterrimè præeunte Carnifice, non
 „curare quicquam, non sentire, sed deducto sic & reniten-
 „ti ore irridere ac ludere. Scio in primis nonnullos in tor-
 „mentis animi deliquium passos esse, id mox impii appella-
 „runt dormivisse, præterea concedunt Medici ac Philosophi
 „naturaliter posse contingere, ut dolore maximo, præsertim.
 „Equulei sic homo obstupeat, ut veluti somno captus sit aut
 „vita; quod ad umbrare Poetæ voluerunt in fabula Niobes,
 „dum eam fingunt dolore in lapidem obriguiffe. Ajunt Me-
 „dici quos consului, posse fieri ut in illis angustiis sic sanguis
 „à nonnullis partibus refugiat, atque ad Cor confluat, ut
 „non sit quod extra fundi possit; solo terrore similive de
 „causa omnis sæpe sanguis consistit, nec gutta effluit, licet
 „vel maximè via sectione venæ aperiatur. Quæ posterior
 „sententia, licet non semper, tamen sæpe est vera.

THES. XXVI.

INDICIA
 FURTI, &c.

Vestigia.

Vestigia de culmis ac granis dispersis, wann eine Spuhr
 von Halmen und Frucht-Körner auß einer Scheu-
 er in die andere gefunden wird / item si fructus in horreo
 reperti, ad similitudinem subtractorum colligati, wann die
 gefundene Gebund denjenigen davon sie entwendet seyn
 sollen / gleichförmig; nullum inducunt ad torturam indi-
 cium, & sic in praxi, in causa des H. Gr. Nass. Weilburg.
 Fiscalis contra I. P. R. ubi juramentum purgatorium Accu-
 sato saltem injunctum, obtinui. Nec illud indicium firmo
 suo

suo stat tulo, quod repentinæ post susceptam administratio ^{Repentinæ di-}
nem divitiæ & conquisitæ opes Crimen repetundarum ac ^{vitia.}
peculatus arguant; Cum paupertas & divitiæ non sint ha-
bitus permanentes sed transeuntes, & qui hodie Irus, cras
Cræsus esse potest. Verstegen *in observ. de Usufr. Obs. 13. p. m.*
198. Quilibet præsumitur dives fieri posse Aretin *in l. fru-*
ctus. 7. §. 1. in finff. solut. matrim. præprimis si apparet de in-
dustria Tabor *in Barbos. locuplet. lib 4 cap. 42. ax. 1.* Nulla
est idonea sequela: Officialis durante Officio magnum di-
vitiarum cumulum acquisivit E. surripuit, datur siquidem
tertium; potuit titulo institutionis, donationis, legati, aliove
modo illas nancisci, & quid denique dicam de benedictione
domini? V. L. *defunctus 10. Cod. Arbitr. Tutel.* Carpzov. *in pr.*
Crim. part. 3. qu. 122. n. 51. quos divitiarum modos Vir ho-
nestus quandoque tacere quam omnibus aperire mavult.
V. Blumlacher *in Com. ad Ord. Crim. art. 39. n. 5. & 6.* De
quæstione; Si princeps à Civitate sibi subjecta, fordium ma-
læque administrationis diffamata, requirat libros rationum,
vel si inter esse velit per Deputatos quandocunquæ sibi invi-
cem reddunt rationes, utrum Civitas cum se opponit indi-
ciis inde prægravetur peculatus? Vid. Crus. *de indic. delict.*
part. 3. cap. 4. num. 34. sequ. ubi negat & limitat.

THES. XXVII.

NEc denique crudè intelligendum est, quod denegata ^{Denegata au-}
audientia judicialis, indicium L. Julæ Repetund, præ ^{dientia judi-}
beat, prout vult. dict. Crus. *de indic. delict. part. 3. cap. 24. n.*
39. Pro iudice enim regulariter stat præsumptio. Emeric. à
Rosbach. *de process. Civil. tit. 64. num. 19.* de quo non facile
susplicandum, si audientiam alicui denegaverit, quod absque
legitima causa hoc fecerit. In adeundo si quidem se faci-
lem præbere debet, Reincking *in seiner Biblischen Politi-*

*cen lib. 2. ax. 47. sed cum hoc temperamento ut se contemni non patiatur. l. observandum est 19. ff. de Offic. Præs. Quod facile si cuivis aditus judicialis pateret, contingeret. Loquor de audientia judiciali; Privatim vel intempestivè si quis iudicem adire velit, utrumque si vult, recte recusat, & olim si quis ædes iudicis ingressus aureorum centum Fisco inferre cogebatur. l. un. §. 4. de Leg. Jul. Ambit. Quoad intempestivos sollicitatores quoque natum brocardicum illud: **Daß welcher einen Richter in dem er speiset / überläuffet / bis nachgeendigter Mahlzeit in das Gefängniß zu legen sene.** Et in Camera Imperiali ipsis sæpe Resolutio contingit: **Der Herr muß ein andermahl wieder kommen / Dann man hat mehr zu thun / prout memorat Georg. Tob. Pistor. in diss. inaug. de Sollicitator. Camer. part. 2. §. 6. p. m. 23.** Plura quidem, benevole Lector, de hac indiciorum proluxa materia dicenda restarent, sed memor propositi & ne dissertatio præsens in Volumen quoddam præter intentionem excresecat, cogimur nunc claudere Rivos.*

F I N I S.

CO.



COROLLARIA,

ad implendum Vacuum.

I.

Vitiatam pro Virgine qui ducit, comperto errore illam retinere non cogitur.

II. *Pœna fustigationis ac Relegationis Reipublicæ est nociva, nec facile delinquentibus imponenda, sed potius in aliam commutanda, secus facillime verificatur tritum illud: Daß solche die erste Weñhe zum Galgen.*

III. *In Vocatione ad Officia etas juvenilis non semper impedimento esse debet, der Barth macht keinen Philosophum, auch keinen Advocaten.*

IV. *Non disputat aut multum sollicita jurisdictio militaris est de territorio, de loco exequendi, de supplicii instrumento, sed absque omni judiciorum strepitu proclamatur Knüpfse auff! quamlibet Orbis arborem pro territorio habeo, prout verissimè statuit Excellent. Dn. Krebs. Assessor nunc judicii Camerae Imperialis meritiissimus in egreg. tract. de Lign, & Lapid. part. 1. Clafs. 4. sect. 10. num. 4.*

V. *Licet quod possessio non apprehensa ad heredem non transeat, aliàs verum sit; attamen quod heres ex persona defuncti remediis possessoriiis & specialiter Interdicta Unde Vi uti queat, tam in Relatione, quam ante receptionem nostram in Numer. Advocat. hic loci in cer-*

ea quadam causa conscribere jussi sumus, quam in
Examine ipso subsequuto affirmare censuimus.

- VI.** Nullius iniquitatis arguendus est Princeps, qui jus circa
thesaurum etiam in bonis privatorum ab aliis reper-
tum sibi vindicat, & ita dum in simili casu tuitio ju-
rium Fisci, per Rescriptum de 8. Jan. 1701. à Dicaste-
rio Nassov-Weilburg. mihi injuncta, practicum scio.
- VII.** Quanta fides bacillus incisus denen Kerbhölzer adhi-
benda ex consuetudine cujusque loci aut arbitrio judicis
dirimendum.
- VIII.** Est homo Mas-Mulier mundi mirabile monstrum, id
est Hermaphroditi aut nulli sunt aut perpauci ad mi-
nimum hisce in oris.
- IX.** Judici si visum rescindere conclusionem & partibus ul-
teriozem processum injungere potest, quod Excellent.
Dn. Zaunschliffer in erudit. tr. de Offic. Jud. supplet.
reddidit Das Korn muß noch besser durch die
Flegel außgetroschen werden.
- X.** Vasallus si cucurbitaverit Dominum recte amittit feu-
dum.
- XI.** Prout etiam si Osculum luxuriosum dederit.
- XII.** Professio apud Pontificios nihil aliud est, quam certa Re-
ligionis solennis promissio, qua quis se ad observatio-
nem certæ alicujus monachalis regula obstringit, & fit
vel expresse vel tacite.




Indicium quod sit falsum, quod lege probatum,
Ostendis: Palmam gratulor ergo sacram,

Nobil. Dn. Candidato.

f.

OTTO PHIL. ZAUNSCHLIFFER, D.



W Er ist Er liebster Freund / muß ich erheblich fragen?
 Darmit an Ort und End' wo Er ist unbekandt/
 Was Er sey vor ein Mann / Bericht ich könne sagen /
 Und zeigen / was sein Thun / auch wie Er ist bewandt;
 Soll wohl ein Wiederholdt in Rechten Doctor werden?
 Auch gar ein Advocat bey einem Richtplatz seyn?
 Ein Mann der niemand hold / voll Haß und Ungeberden/
 Gar feindlich von Gemüht / und nie von Schaden rein;
 Muß dann die Waage nicht bey'm Richter inne stehen/
 Wornit Er soll das Recht Ein'm jeden wiegen dar?
 Muß nicht das Herze frey von Passionen gehen/
 So mit dem Recht- Spruch nicht / will lauffen in Gefahr?
 Muß nicht der Rechten Grund / und Ihre Anfangs Lehren /
 Bey ihm ganz heilig seyn / und ewig unverlezt?
 Ich meine ja! jedoch / Will sichs allhier verkehren/
 Drum muß ein Wiederholdt hiervon seyn außgesetzt;
 Der Proben allbereits sind virle so geschossen/
 Daß man gar klärlich sieh't / wie nun sein ganzer Sinn/
 Auff Straff und Pein gericht / auß Missethat entsprossen/
 Drnm solchen lassen fern / ist gar ein gut Gewinn.
 Doch sacht ich irre mich / es ist ja nur der Name /
 Der Mann sieh't anders auß / und ist also gethan!

Daß

Daß seine grosse Kunst / als gar ein edler Saame /
 Durch unverruckten Fleiß uns gute Frucht zeigt an /
 Sein' praxin dreier Jahr'n / hat sehr Weilburg gepriesen /
 Ich leg auch Zeugniß bey / in Giesen daß vorhin /
 Sehr grosse Qualität von Sich er hat erwiesen /
 Ein hocheleucht Gemüht / Vernunfft und scharffen Sinn.

In Segen und Wohlstand beständig Er lebe /
 Der höchste die Gaben bey Ihme vermehre /
 In Gottes Erleuchtung auch ferner Er schwebe /
 Derselb' Ihn genädigt des Wunsches gewehre'.

Dem Hoch-Edlen und Hochgelahrten
Herrn Johann Ludwig Wiederholden /

Seinem Hochwertbesten Herrn Schwagern contestirte
 und gratulirte dieser Gestalt.

Philipps Lapin / Adv. und Proc. Ord.

Bey der Fürstl. Hess. Regierungs-Canzley zu Gießen.

W Ancher liebet Gut und Gelder / Schätze so die Würm verzehren /
 Da die Diebe graben nach / die zugleich auch oft verwehren /
 Zu erkennen was da sey / reine Weisheit und Verstand /
 Klugheit die da ohnerforschlich / die regieret alle Land.
 Reichthum aber / so man geizig / einem Hund der angebunden /
 Gleicht / und niemand nützlich ist / ja wie oft hat man befunden /
 Daß / wer heut mit Cræso prahlt / morgen auch wohl betteln muß
 Oder / daß er sey ein Narr / gar anhören mit Verdruß.
 Viele sich Neptuno geben / und den wilden Meeres Wellen /
 Viele Marti sich verpflichten / und auff den ihr Hoffnung stellen /
 Rauben aber selbst den sich Ihre Freyheit Leib und Blut /
 So das Wasser / Pulver / Bley / oder Schwerdt auffzehren thut.
 Ja!

Ja! der Sach mehr bezukommen/ Weisheit Kinder wir oft sehen/
 Auch auff Universitäten / die dem Bacho theils nachgehen /
 Theils der Menschen Töchter lieben/ weil Cupido sie verwund/
 Viele mit Diana haben/ auch geschlossen einen Bund.

Das an statt/ des Bücher Lesens / sie durchstreichen/ Hecken/ Felder/
 Hügel/ Berge / tieffe Thäler / mehrmahls auch die grüne Wälder/
 Lassen Bücher/ Bücher seyn/ trachten nach der Weisheit nicht/
 Deren Thun und lassen ist auff Wohlleben abgericht.

Aber Er Herr **Wiederholdt** hat dergleichen Eitelkeiten/
 Die da haben kein Bestand / die zum Bösen nur verleiten/
 Niemahls lieb noch werth gehabt / Weisheit hat er nachgejagt/
 Was da recht und unrecht sey/ solchem hat er nachgedacht.

Giessen Ihm das Zeugniß gibet / daß Er durch sein Fleiß und
 Schwitzen/

So Er allda hat bezeiget / hat erstiegen Parnas- Spizen.
Weilburg Ihm auch leget bey / daß er der Clienten Recht/
 Wohl und treulich außgeführt; Daß man Ihn sehr wohl ver-
 möcht.

Marburg selbst hat's erforschet / eh er jüngsthin in den Orden/
 Da gelährte Männer prangen / rühmlich auffgenommen worden/
Marburg legt Ihm ferner bey die verdiente Doctors • Cron/
 Die Apollo hat bereit der gelahrten Welt zum Lohn.

Dieses hat seinem Bettern Herrn Candidato,
 in Eyl beytragen wollen/

Philips Christoph Becker/ Archivarius

Bey hiesiger Hochfürstlichen Regierung.

PEr ventos minime venit unquam affata columba,
 Nullus honor pigro; Sedulus astra petit,
 Nepha liis frueris Sophiae Tu dulcibus usque,
 Teque virum praestas Aoniae vegetum!

E

Hoc

Hoc nobis monstrat specimen præclare secundum,
 Doctrinæ & studii Mi WIEDERHOLDE! tui,
 Hinc Tibi dignus honos, surgent præconia famæ,
 Doctorum in numerum TE Themis ipsa vocat.
 Gratulor his ausis, conatus laudo Tuosque,
 Utque tuis cœptis ad sit jova, precor.

Hæc pauca in testimonium infucati, quo feror in Nobilissimum Dominum Candidatum affectus, & culta hætenus amicitia continuanda gratia apposuit,


LUDOVICUS de SAVIGNY, LL. Studiosus.

A Spiras meritò summos ad juris honores,
 Et scandis Cathedram, quod tua fata jubent,
 Hinc tibi cordicitus lætos nunc grator honores,
 Quos Deus omnigena prosperitate bect.

In signum ætioris amicitia, apponere voluit.

Johann Reinhardt Kayß / Dicafterii
 Nassov, Weilburg. Adv. Ordin.

Wür-



W ürtemberg clarat, quam stirps Tua, Marte secundo,

D ux Widerhold celebris Nobilitate fuit,

I ndutus galeam quoties hic stravit arenâ,

O cursans Agmen, sede *fugando* suâ?

D exter & hic turbam propulsat ab arce (a) frementem,

C ui via spesque ferè nulla salutis erat.

(a) Hohen-
Tvviel,

E x his & variis quàm quæso stirps Tua claret?

T u verò hinc minimè Turgidus esse cupis,

R itè putans: virtute decet non sanguine niti.

O mne proinde fugis, quod decet haud fieri.

H inc Tibi crescit honos, & laus sequitur fugientem,

R es aut sic poscit, dum sequeris sophiam,

O rnas sic Patrem, Proavum sic arte coronas,

E t virtute domum, Marte munus, decoras,

L aurum ita vinciri: Themis & Tibi plaudit Apollo.

S ic dudum plaussit Giesâ Aganippa Tibi,

D octor ita ito, merens; Deus usque conatibus ad sit,

T unc fructus carpes, Mi Wiederholde pios.

*Sic Nobilissimo Domino Authori, Fautori atque Amico
perquàm Dilecto venâ quidem invitâ at affectu
propensissimo memoriam sui intimè dicat.*

JOH. NICOL. LANGSDORFF,
pt. Con-Rect. Weilb.

F I N I S.

W
 D
 I
 O
 D
 C
 B
 T
 R
 O
 H
 R
 O
 E
 L
 S
 D
 T

(a) Hohen-
Tweil

Die Nobilität Dominus Adhört, Pannere in que Adhört
 Proprietariorum in quibusdam in quibus
 JOH. NICOL. LANGSDORFF
 pr. Con. Ref. Weip.

F I N I S

